

QUESTIO PROEMIALIS

Ad universam Aristotelis Logicam.

De Natura Logicae.

PHILOSOPHIA olim sapientia vocabatur, & qui rebus cognoscendis incumbant, sapientes at quia nomen hoc tumorem, & adstantiam se preferere videbatur, ut Scotus refert. 1. Met. lum. p. cap. 2. Pythagoras noluit se sapientem appellari, sed Philosophum, hoc est, sapientiae amatorem, hinc nomen sapientiae dicitur. Philosophia cepit nuncupari, & doctrina, quae sapientiam dicitur, ut sunt, sive per se, sive per alios, cum enim omnia creata habeant suum esse per causas, tunc uti sunt, intelligitur, cum per suas causas cognoscuntur, & hac ratione aiebat Plat. in Theat. & Arist. 1. Met. c. 2. homines ex admiratione philosophari coepisse, hoc est, ex notitia effectuum, & ignorantia causarum investigare cepisse rerum causas, ex quo deducitur, Philosophiam esse rerum cognitionem per suas causas, & Philosophum esse, qui rerum cognitionem hoc modo est affectus.

Dividi solet in hac amplitudine sumpta in Naturalem, Moralem, & Rationalem. Naturalis Physicam comprehendit, & Metaphysicam, quibus addi solet Mathematica. Moralis Ethicam, Rationalem Logicam, seu Dialecticam; haecque trimembris divisio Philosophiae non solum communis calculo Stoicorum, & Platonum recepta fuit, ut videtur etiam apud Euseb. lib. 2. de prepar. Evangel. Alcin. de doctrina Plat. c. 3. Cic. lib. 1. de Oracod. Quintum fratrem, sed Arist. ipse eam amplexus est. 1. Top. cap. 12. ubi facit divisione problematum in Naturalem, Moralem, & Logicam, subdit ad philosophiam igitur secundum variationem de his negotiandum est, dialecticam autem modo ad opinionem. Eam quoque amplectitur D. Aug. lib. 8. de Civit. Dei c. 4. & eius sufficientiam ex professo probat, Philosophiam namque ad hominis felicitatem ordinat, quam in hac vita consequi potest, haec autem tum in contemplatione veritatis consistit, tum in actione virtutis consentanea, ut docet Arist. lib. 1. ad Nichom. cap. 7. & 8. statuenda igitur est scientia, quae rerum causas, & arcana naturae scrutetur, & contemplationi solius veritatis incumbat, & haec erit Naturalis philosophia Physicam, & Metaphysicam complectens: Altera deinde pars Philosophiae est signanda, quae incumbat moribus instruendis, & ad civilem vitam instruendam, & haec est Moralis: Quia vero haec omnia non nisi discurrendo, & differendo comparantur, & intellectus nosse sepe decipitur, & errat in discursu, consequenda denique est altera Philosophiae pars, quae mentem dirigat in suis operationibus, & haec est rationalis. Hanc denique trimembrem divisionem recipit S. Thom. initio Ethic. ad Nichom. & quicunque tenent, Logicam esse scientiam, & partem Philosophiae, Conimb. in proemio ad lib. Phil. Morit. initio Logicae, Complut. disp. 1. q. 6. Amic. tract. 1. qu. 4. dub. 1. & alii quamplures: Verum tamen est, quod notat Pasqualig. in Met. 1. p. disp. 4. sect. 3. polle hanc trimembrem divisionem reduci ad bimbrem, scilicet ad Naturalem, & Moralem, accipiendo naturalem non praese, ut dicit solem contemplationem de natura, sed large prout complectitur res omnes intra ordinem naturae speculabiles, sub quacunque abstractione ille sint, sic enim accipiendo naturam, res a Logica consideratae non erunt extra ordinem naturae, atque ipsa spectabit ad philosophiam ipsam naturalem. Universam itaque Philosophiam iuxta Scoti principia, & Arist. dogmata, ubi noltrae non obviant fidei, contextere intendentes ab ea parte, quae rationalis dicitur, exordium sumimus, quia haec ipsa pars philosophiae est instrumentum respectu ceterarum partium, Naturalis nimirum, & Moralis, quae non nisi differendo, & discurrendo acquiruntur; motus autem differendi, & discurrendi a Logica docetur. Hanc igitur proemialem quaest. de natura Logicae differenter in plures distribuemus articulos, ubi de variis Logicae nominibus, & acceptionibus differemus, de eius fine, objecto, essentia, qualitate, necessitate, partitione, ac denique de eius unitate, & a ceteris facultatibus distinctione.

ARTICULUS PRIMUS.

De variis Logicae nominibus, & acceptionibus.

Quoad primum, facultas, quam aggredimur explicandam, quae termodialis, vel rationalis facultas ex eo, quod sermonem verum, vel falsum considerat, vel quia ratiocinari docet, logos enim vox Graeca utrumque significare potest, sermonem, scilicet, & rationem, melius tamen, inquit Scotus q. 1. Praedicam. dicitur Logica Scientia rationalis a ratione, quam termodialis a sermone, quia per hunc loquendi modum significari videretur Logicam veritari circa sermonem, & voces, tanquam eius obje-

ctum, quod falsum esse monstrabitur infra. Dialectica etiam convevit appellari, hoc est, facultas discipetrax, vel disputatrix, quatenus differere, ac disputare docet, est enim nomen Graecum derivatum a verbo, *dialegomai*, quod significat differere, ac disputare: quavis autem apud antiquiores Philosophos Dialecticae nomen usurpatum fuerit pro ea tantum Logicae parte, quae dicitur Topica; & agit de syllogismo probabili, ut fuit Zabar. tradit lib. 1. de natura Logicae cap. 9. & Arist. ipse non semel insinuat, qui 1. Topic. 1. Elench. 3. Met. & alibi saepe per Dialecticam intelligit solem partem topicam: modo tamen communiter toti Logicae tribuitur: quavis enim differere, & disputare proprie significet ex probabilibus discurrere, cum nimirum pro utraque quaestio-nis parte probabilia afferuntur argumenta, absolute tamen significat quocumque modo discurrere, & ex notis ignota manifestare, & quidem etiam apud Arist. reperitur hoc nomen Dialecticae universaliae usurpatum pro tota Logica, ut videtur est. 1. Rhetor. c. 1. Met. 8. text. & alibi saepe, ut Font. notat 2. Met. cap. 3. qu. 1. sect. 3. Demum Arist. ipsum suum logicum, uti constat ex vulgari inscriptione, Organum nuncupavit, ad significandam Logicam veluti instrumentum inservire ad aliarum scientiarum acquisitionem.

Quoad autem Logica in primis dividi solet in naturalem, & artificialem. Naturalis est ipsam naturalem lumen nobis congenitum distans modum recte apprehendi, iudicandi, & discurrendi, sive illud naturale lumen sit nuda potentia intellectiva, sive intellectus cum habitu principiorum, quae sunt naturaliter nota, ut Complut. contendunt disp. 1. Log. q. 1. Artificialis autem est habitus studio comparatus, quo intellectus instruitur, & dirigitur, ne erret in suis operationibus exercendis; traditur autem haec divisio ab Arist. 1. Rhet. c. 1. & 2. Elench. c. 3. & 1. 1. & ab omnibus est recepta. Rursus artificialis dividi solet in universalem, & particularem, quam divisionem tradidit Aver. 2. Met. com. 15. & 1. Elench. q. 1. & 2. ut notat Mauri. nos. q. 1. praedicab. Universalis dicitur: quae docet praecipua communia omnibus scientiis, ut quod demonstratio consistat debeat esse necessarii, definitio tradenda fit per essentialia. Particularis dicitur, quae tradit praecipua applicata materiae huius, vel illius scientiae, ut quod in Met. definiendum fit per genus, & differentiam, in Phys. per materiam, & formam, alio modo explicatur haec divisio a Zab. lib. 2. de nat. log. c. 1. sed allata explicatio communior est, & magis congrua.

Frequentior tamen adhuc, & magis famosa est illa divisio logicae artificialis in docentem, & utentem, tam apud Latinos, quam apud Graecos, sicut sub aliis terminis, docentem enim vocant logicam a rebus avulsum, utentem vero rebus conjunctam, ut vocant in praefat. ad lib. Prior Logicam docentem vocant ipsammet doctrinam logicam, quae docet modum sciendi, & certas regulas in quaevaque scientia observandas in definiendo, dividendo, & discurrendo, utentem vocant erudinem regularum usum, & exercitium, sive potentiam eandem docentem, quatenus in usum positam, & huic, vel illi scientiae applicatam, ut actualem exercitium definitionis, divisionis, & argumentationis. Hinc aliqui deducunt logicam utentem non esse proprie logicam, sed scientiam ipsam determinatam, Physicam nimirum, Metaph. Moralem, vel aliam, cuius est materia discursus, & est definitio, divisio, vel syllogismus in materia physica dicitur logica utens, eo quod tunc utatur regulis, & praecipua logicae docentis, ex quo tandem inferunt non esse proprie aliam logicam, quae docentem. At illi manifeste falluntur, tum quia sicut in materia aliarum scientiarum datur huius logicae, ita etiam ipsa materia logica, definiendo, dividendo, & arguendo, proprie logicae utens, tum quia etiam quando exercetur in aliis scientiis, quaevis actualis usus syllogismi v. g. quoad materiam spectat ad illas scientias, dicitur utens, ita quod materiae logicae utentem, tum denique quia adhuc in alio sensu magis proprio praefatam divisionem explicabimus, secundum quem necessarii concedendus est habitus, qui proprie dicitur logica utens.

Sed circa allatam divisionem duplex oritur dubitatio. Prima est, quomodo distinguantur logica docens, & utens, an scilicet importent unum, & eundem habitum, an potius plures species, & numeros diversos: communis sententia Thomistarum affirmat esse unum, & eundem realiter habitum ex diversis numeribus tantum, & diversis considerationibus haec nomina subeunte, unde dicitur, quod idem logicae habitus, quatenus tradit praecipua definiendi, dividendi, & discurrendi, dicitur Logica docens, quatenus vero aliiis scientiis applicatur per usum suorum praecceptorum, & regularum ad illas scientias, dicitur utens, ita Complut. disp. 1. Log. q. 1. §. 2. Scoto quoque proemial. Sanchez lib. 1. Log. q. 6. Malus sect. 3. q. 4. Didacus a Jeli q. 5. Joan. de S. Thom. p. 2. Log. q. 1. art. 5. Averla q. 1. Log. sect. 2. licet concedat actus logicae docentis, & utentis esse reales, & effica-

& essentialiter distinctos. Ruvius q. 3. proem. & alii passim: Sed praeter Thomam videtur etiam communis opinio Scotistarum, nam factis aperte eam insinuat Doctor q. 1. praedicab. ubi non nisi ex diversa consideratione videtur fecerunt logicam docentem, & utentem, & sequitur Faber Theo. 1. c. 1. Poncius disp. 4. Log. q. 6. Fuentes quaest. 4. diff. 2. art. 1. & alii passim.

5 Dicendum tamen est, quod si de logica utente proprie sit sermo, importat habitum realiter distinctum, & specie diversum ab habitu Logicae docentis. Conclusio haec prius explicatur, deinde probatur. Logica namque ens, ut notat Mauritius q. 1. univ. §. 6. *difficilis*, & Tatar. q. 1. proem. Log. §. 1. *sciendum*, potest esse dupliciter, uno modo pro habitu scientifico logico per demonstrationem acquisito, quo utitur in singulari scientiis definiendo, dividendo, arguendo; alio modo pro habitu acquisito ex frequenti exercitio definiendi, dividendi, arguendi, ex istis enim adibus frequentatim generatur in intellectu promptitudo quadam ad similes actus efficiendos, quia secundum Doctorem 3. d. 33. ex omni actu voluntatis, vel intellectus potest generari habitus, vel promptitudo, si loquitur, ut ens primo modo sumatur, non est distinctus habitus a logica docente, sed est ipsam logicam docens in usu posita, & aliis scientiis applicat, unde in hoc sensu impropre dicitur utens, cum potius dici deberet loqui, seu uterari, ut notat Man. cit. & Anglus q. 1. univ. & hoc ita loquitur Averra. 1. Phys. com. 35. at in 2. sensu est habitus proprius distinctus a logica docente, nam docens est habitus speculativus, & contemplativus, utens vero practicus, & operativus, ac proinde proprie dicitur utens activus, nam est talis habitus, quo infusus, & praecipuus, & facilius utitur logicae docenti, regulis, & praecipuis, & distinctio logicae docentis, & utentis in hoc sensu incidit cum ea, quam alii tradunt in logicam contemplativam, & factivam, contemplativa enim est docens, factiva vero utens.

6 Hoc autem modo explicata conclusio facile suadet ex eo, quod ait Scot. q. 4. Prolog. in solut. ad 2. & 3. *bb. docet* enim ibi, quod ubi cognitio aliorum non est propter speculandum simpliciter, sed etiam aliquo modo propter operari, tunc respectu corporum duplex est habitus, unus est habitus intellectus, & alius est habitus practicus, ut utitur per particularem usum particularibus adibus generis, sic etiam operabilium scientiam moralem habemus, quae est cognitio quaedam universalium, & prudentiam, quae est particularis quidam habitus generis ex pluribus esse, & quoniam in particulari cognoscimus, & quomodo talis actio fieri debeat; cum igitur cognitio instrumentorum logicorum non sit propter seipsam simpliciter, sed ad dirigendas operationes intellectus, sic duplex respectu eius ponendus est habitus in mente nostra, unus erit universalium, quo generales regulas definiendi, dividendi, & arguendi agnoscimus, alter vero particularis habitus quidam generis ex frequenti applicatione omnium illarum regularum ad certas, & determinatas materias in particulari, arguendo, & conf. ratio ex communi natura omnium facultatum organicae, eius enim naturae sunt omnes illae, ut quaelibet dividitur in docentem, & utentem, sic enim dividitur fronscientia, & utentem, medicina similiter, & aliae consimiles facultates, sed in his omnibus facultatibus docens resultat ab utente distinguatur, & diversitas important habitus, ergo similiter in Logica, quae disciplina organica est, dividendum erit; Probatur minor, quia v. g. scriptoria docens est habitus ille, qui tradit regulas bene scribendi, utens est, qui acquiritur ex frequenti scriptura, sicut etiam medicina docens est habitus tradens regulas, & praecipua medendi, & lolet dici Theorica, utens est alter habitus, qui acquiritur ex actuali usu medicinae docentis, & dicitur Practica, unde semper prius acquiritur habitus facultatis docentis, quam utentis, ille acquiritur ex auditu Magistri, & studio regularum, & praecceptorum, iste vero ex actuali usu, & exercitio illorum, sicut igitur etiam de Logica dicendum erit, quod docens est habitus ille, qui acquiritur ex auditu magistri, lectione librorum, &c. utens vero est, qui acquiritur ex actuali usu medicinae adibus definiendi, arguendi, &c. & multoties evenit, quod aliquis habet Logicam docentem, & non utentem, ut patet in Tyroneibus, qui regulas logicas maxime callent, sed in sciendiis syllogismis sunt adhuc inepti, & in exercitiis.

7 Et hinc rursus alii deducunt confirmatio, quia postquam de recenti intellectus instruitur est habitus docentis Logicae definit, dividit, arguit conformiter ad illas regulas, & praecipua, sed cum aliqua difficultate non expediat, & prompte: verum frequentan o-hos adus acquirit facultatem quandam, & promptitudinem ad illos promptius, facilius, & expeditius efficiendos, ergo acquirit novum habitum ab illo realiter distinctum, hoc enim est manifestum inditium habitus acquisiti, cum aliquid operari prompte, & expeditius, quod prius difficilius efficiebatur; Probatur assumptum, quia est Tyrone optimi scientiam definiendo consistere debere ex genere, & differentia, quod in sciendiis syllogismis medius terminus in prima figura debet habere locum subiecti in ma. tamen antequam lepta se exercere, & difficultatem sentiunt in sciendiis syllogismis in hac, vel illa figura; quare cum applicatio praecceptorum Logicae etiam post ex actum eorum cognitionem bene, vel male fieri possit, hanc requirit specialis habitus inclinat ad eam rite faciendam, & hic erit Logica utens. Hinc aiebat Arist. 1. Priorum c. 28. non solum oportere Logicam generalem, sed etiam generalem habere scientiam, & hic est habitus Logicae utentis.

Respondent negando intellectum Logicae docente imbutum indigere distincta facilitate, & habitu propter applicationem, cognitum

enim regulis, & praecipuis Logicae non est ulla difficultas in applicatione, & usu eorum ad talem, & talem materiam, sed solum indiget appositione materiae, ad quam ipsae regulae sine nova difficultate vincenda ex parte sui applicantur, & extenduntur, unde tota difficultas consistit in cognitione, & ordinatione regularum, quae ad apta applicatio ipsa non habet specialem difficultatem, quia intellectus naturaliter tendit ad objecta semel proposita, & applicatio ipsa fit ad res cognitatas per actus naturali representatione, & tendentia respicientes objecta, non morali, seu voluntaria motione, unde cognitio praecipua logico. v. g. passionem predicari debere de subiecto, statim ac Phisicus dicit, quae fit passio, & quod subiectum, nulla difficultas remanet, cur fieri nequeat propositio; Hinc Ioann. de S. Th. negat paritatem assumptam in argumento principali de Logicae & Morali, quia in morali post iudicium, & cognitionem bonum, restat praecipua difficultas in applicanda voluntate propter eius libertatem, seu indifferentiam, vel resistendam ad bonum regulatum, praeter Synter distinctus habitus, qui imperet, & exequatur, & hic est Prudentia. Ad Confirm. demum eundem argumenti deductam ex natura facultatum organicae concedenda paritate, negat minorem, catharticos enim vel mulicos, si post artus perfectam cognitionem digitos movere non potest, vel linguam, & palatum, aut non ita expedit ad hanc difficultatem vincendam nova arte non indiget, sed exercitio corporali, aut aliquo, quo tollatur praedictum impedimentum, & ita qui expedit movet digitos non generat novam artem, sed impedimentum exercitii eius tollit, sic intellectus quando exercetur in lylogizando, circa diversas materias, vel scientias, non acquirit novam artem, sed habitum, ut verum ab ipsa doctrina logicae, sed expeditiorum usum Ruvius verò negat paritatem, nam artes, quae per externa membra exercetur, duplicem utio, faciliatem petunt, unam in intellectu, in quo sunt, tanquam in subiecto, alteram in membro externo, per quod exercetur, ars vero logica, sicut non exercetur per membra externa, sed per usum intellectum, ita non petit nisi facilitatem intellectus, quae est illius, & idem habitus, quo cognoscitur regulae logicae, & applicatur.

Sed solutiones istae ex didis currunt, nam potest exa diffinitio logicorum praecceptorum cognitionem adhuc manere exa diffinitio, ad illas utendam, ipsa experientia docet in Tyroneibus, sicut, & facilitatem generari in eisdem ex frequenti usu lylogizandi. Et parum refert, quod intellectus sit potentia naturalis, & naturaliter tendat in objecta proposita, quia habitus immittuntur non solum propter indeterminationem potentiae (alioqui solum darentur in potentiis liberis) sed etiam ob difficultatem, quam interdu habent ad aliquas operationes, ut dicitur in lib. de Anim. Cum igitur hanc retineat intellectus ad applicationem praecceptorum logicorum, etiam post exactam eorum cognitionem, consequenter novo indiget habitu ad eam tollendam. Nec valet, quod ait Joan. de S. Th. hanc difficultatem tolli exercitio lylogizandi, non per generationem novi habitus, sed per solem impedimenti remotionem, sicut in alio Citharista post apprehensionem artis difficultas applicandi digitos instrumentum paulatim tollitur exercitio, non per generationem novi habitus, sed per impediendi abolitionem, quod erat in alio digitorum nervis. Non valet, tum quia in primis sic respondendo iam fatetur, post apprehensionem praecceptorum logicorum, materiam adhuc manere difficultatem, quae tollitur paulatim exercitio, quod prius negabatur, tum quia quando etiam facilis ad operandum in membris externis non esse proprie habitus, ut multi sunt, tamen ad operandum in intellectu, & voluntate importat habitum secundum communem, ac magis receptam sententiam, tum quia si ad difficultatem tollendam, & expeditiorem usum introducendum sola sufficit impediendi remotio, in nulla potentia, constitutus erit habitus ad faciliorem operandum, sed sola impediendi ablatio; Et per hoc etiam reicitur Ruvii solutio, quavis enim ars logica per usum intellectum exercetur, & non per aliam potentiam, quae dispo debeat; tamen quia intellectus duplicem, sicut difficultatem, unam in cognoscendo praecipua logicae, alteram in applicando, ita duplex, facilitas, vel habitus in eodem debet admitteri, unus, quo prior tollatur difficultas, & erit logica docens, alter, quo posterior, & erit utens.

8 Denique actus utentis Logicae multipliciter generant aliquem habitum non Logicam docentem, & utentem, qualis est Logica docens, non generat, necque arguit scientiam, qualis est Logica docens, ergo alium a docente distinctum. R. s. p. Ruvius ipsamet Logica docentem perici per exercitium efficiendi syllogismos non nisi scientiam, sed ut artem, vult enim quod idemmet habitus Logicae, prout tradit regulas, & praecipua Logicae, est scientia, & dicitur Logica docens, & in quantum efficit syllogismos singulares, est ars, & Logica, utens vocatur. At statim reicitur haec solutio, tum quia implicat unum, & eundem habitum esse simul, & semel praedictum, & speculativum, cum haec sint differentiae essentialiter habitum dividentes, ut dicitur in lib. Post. ad Logica docens habitus est speculativus, utens practicum, sed non quia per secundam regulam ante praedictum generum, & non subalternatum posteriorum diversis functionibus, & differentiae, scientia vero, & ars diversa consistunt genera. Nec dicere juvat, quod licet Logica docens, ac utens sint idem habitus, tamen secundum diversas rationes esse potest ars, & scientia, nimirum quatenus docens est scientia, ars vero, quatenus utens. Quia cum Logica inferior sit ad scientiam, vel artem, qui sunt habitus superiores, plane per rationes docentis, & utentis non poterit contrahi ad esse generis superioris, sicut per rationale,



re, hoc est tantum in ordine ad operationem, quae solum indiget directione, nam prima operatio est apprehensio objecti representati per speciem, ut necessario representat, quae ratione negat Aristoteli. contingere solentem in prima operatione; secunda vero operatio, vel est circa obiectum notum ex terminis, ita ut propositio sit per se nota, & non indiget directione Logica, quia satis est lumen intellectus, & apprehensio terminorum, si verò sit circa obiectum ignotum, iam notificari debet ex vi tertiae operationis, unde non dirigitur, ut secunda, sed ut vi. Quinte etiam Logica non habet directionem, nisi in materia necessaria, nam Logica dicitur instrumentum sciendi, et scientia habetur tantum per demonstrationem.

19 Resp. negando assumptum, ostendimus enim primam, & secundam operationem esse per se dirigibiles; ad probationem dicimus licet in prima operatione non reperitur salitas complexa, potest tamen intervenire interdum salitas complexa, talis nempe defectus, quo concipit intellectus rem aliter, quam sit, ut cum apprehendit angelum, tanquam corporeum, vel obscure, & implicite rem aliam apprehendit, non per se considerando omnes, & singulos gradus essentialis ejus, vel indistincte, & confuse concipit ut unumquod, quo distinguenda sunt, propter quos, & similes defectus indiget intellectus directionem etiam in prima operatione, & cum dicitur, quod in hac operatione intellectus necessario conformatur cum obiecto representato per speciem, quia species necessario representat, verum est, speciem necessario representare, negatur tamen semper representare recte, species enim ex mala constitutione sensuum interdum in speciem intelligibilem, ex quo si veritas rem, vel salitatem in complexam in hac operatione attendi debere ex obiecto non ut presentato, sed ut est in se, de quo suo loco agemus in lib. de Anima; Secunda quoque operatio est erroris capax, deficit enim semper intellectus in enunciationibus falsum non per se notis, & adhuc in istis indiget directione logica, quae dat regulam ordinatè connectendi praedicatum cum subiecto, sive connectio sit notative ignota, talis enim connectio fit non intendendo obiectum, sed regulas logicas; quod si obiectum notificetur per tertiam, adhuc tamen directio secundae est distincta à directione tertiae, & potest in se retificari abstrahendo ab omni tertia. Tertia denique operatio, ut est erroris capax in quacunque materia, ita dirigitur habet à logica in omni materia, & non in necessaria tantum, & quando logica dicitur instrumentum sciendi, non famitur verbum sciendi in rigore pro cognitione per demonstrationem acquisita, sed pro quocunque cognitione, quocunque modo fit acquisita.

Tertio arguitur ad probandum finem etiam logicæ Aristoteli, distinctionem cuiusmodi operationis, & non solius tertiae, quia si tota percurratur Arist. logica videbitur ad Arist. 1. Post. text. 2. & 25. ubi dicitur inquitur, necessitatem vero harum conditionum earum, sufficientiam ostendere non est huius loci, nam ex professo tractabitur infra de scientia 12. q. 2. Et quia etiam ut ibidem tradimus, subiectum adaequatum scientiae parte materiali consistit, & formaliter scilicet consideratur, & modo considerandis, quibus in esse scibili componitur unum subiectum, quod totius scientiae, de utraque parte subiecti logica erit hic etiam differendum.

Hac premissa doctrina quantum ad praesens sufficit (nam de hoc fusc infra loc. cit.) de natura subiecti adaequati scientiae, modo descendimus ad questionem propositam de subiecto adaequato logicæ. Et quidem mirum est, quanta sit Auditorum varietas in huius facultatis obiecto assignando, nam viginti, & amplius sententiae recitantur de hac re, nos celeberrimos referemus, quae ad duas classes revocari possunt. Una eorum, qui ponunt, logicam esse scientiam realem, quae proinde obiectum reale ei assignant. Altera eorum, qui eam faciunt obiectum rationale, quae proinde aliquid ens rationis obiectum eius statuunt.

23 Auditorum prime classis Prima Opinio est eorum, qui statuunt obiectum logicæ res omnes, sive omnia entia, non tamen quantum ens sunt in seipsis, & à parte rei, sic enim de eis agit Metaph. sed quantum sunt ab intellectu cognoscibilia. Secunda asserit non res sed voces, ut rerum significativas esse logica obiectum, quo opinio communiter tribuit loqui Nominalibus, & est Aureoli in prol. art. 5. Tertia asserit modum loqui instrumentum scientiae reale esse subiectum in logica, variè tamen auctoritates instrumentum sciendi accipiuntur, quidam enim sumperunt illud in toto rigore pro sola demonstratione, quae est instrumentum scientie productivum propriè finis dicitur, alii multi veteres, alii sumperunt latius pro syllogismo, vel argumentatione, & quidem pro prima intentione, quo sensu tantum sunt instrumenta realia. Alii demum latissime acceptum instrumentum sciendi reale, prout scilicet complectitur definitionem, divisionem, & argumentationem pro conceptibus obiectivis, seu pro prima intentione, ita Conimb. q. 2. Proem. qui tamen protestantur se loqui de logica secundum se considerata, non prout ab Arist. tradita, ita enim solam argumentationem assignant pro subiecto adaequato. Quarta sententia, quae communis est inter Neotericos non instrumenta directiva, sed potius operationes intellectus, ad quas hoc ordinant, asserit esse subiectum, unde ita arguitur pro subiecto, vel tres operationes intellectus quantum dirigitur vel ut specialiter loquatur Aver. q. 5. cognitionem intellectum comprehendentem tres adus nostri intellectus, quantum dirigibilem, ita ut illud in materia, hoc vero formale: ita Aver. cit. Amic. in log. tract. 1. qu. 5. dub. 4. Blanc. disp. 1. qu. 9. Di-

tu in potentia externis residere, qui dicitur frænefactiva utens, hoc enim est, quae conficit frenum iuxta regulas docente praescriptis.

ARTICULUS TERTIUS.

De adaequata Logica obiecto.

21 Constitutio sine huius facultatis tam intrinseca, quam extrinseca, tamen secundum se considerata, quam ut ab Arist. conscripserit, eisdem proprium, & adaequatum subiectum in utraque consideratione venari difficile non erit, At quia nomen subiecti multas habet acceptiones, ut docet Scot. 1. Prior. q. 2. quandoque pro subiecto inhaerentis, quandoque pro subiecto propositionis, & aliis modis, sumitur in praesenti pro eo, circa quod unaquaque scientia versatur, quod sensu 1. Post. 25. una scientia dicitur esse unius generis subiecti, & appellatur subiectum considerationis, & etiam obiectum, quod potentia, vel habitu obicitur cognoscendum, quod cum iterum sumi possit, vel fusc pro uno considerata in scientia, aut arte, quo sensu in medicina, v.g. non solum corpus humanum, ut sanabile, sed etiam omnia medicamenta, & instrumenta dicuntur subiectum circa quod artis medicae, & quicquid demum in scientia tractatur, eius subiectum vocatur; vel propriè pro re non quocunque modo, sed per se, & primo considerata in scientia, hic loquimur de subiecto considerationis in secundo sensu, quod Arist. dicitur videtur in subiectum adaequatum, seu totale, & in subiectum inaequatum, seu partiale, quod deinde dividitur in principale, & est principaliter pars subiecta earum, quas vel totale subiectum comprehendit, & minus principale, & est pars subiectiva inferioris conditionis eisdem subiecti totalis, hic loquimur de subiecto totali, & adaequato quod est ita primo per se consideratum in scientia, ut tota artificis cura in eius contemplatione sita sit, ac proinde cetera omnia in scientia considerata revocentur ad ipsum, & habeant attributionem, quod proinde subiectum attributionis appellari consuevit, licet id à Modernis quibusdam sumatur pro subiecto principalitatis.

22 Quamvis autem subiecti hoc modo sumpti variae, & multiplices enumerari solent conditiones, praecipue tamen ad quas caeterae omnes reducuntur, sunt, quas enumerat Doct. q. 3. universal. quod de eo in scientia praep. ponatur quid est, & quod est, quod per eius quod quid est demonstratur affectiones de eo in illa scientia, & tandem quod omnia determinata in scientia reducuntur ad ipsum, & propter ipsum considerentur, vel tanquam eius principia, vel tanquam partes aut species, vel proprietates eius, vel alia consimili ratione, quae subiecti conditiones, veluti necessariae, & sufficientes recipiuntur passim ab Auditoribus. Complut. disp. 1. Proem. q. 2. Didac. à Jesu q. 3. Proem. & aliorum, & expressè deducuntur ab Arist. 1. Post. text. 2. & 25. ubi dicitur inquitur, cuius principia, partes, & passionis in scientia inquiruntur, necessitatem vero harum conditionum earum, sufficientiam ostendere non est huius loci, nam ex professo tractabitur infra de scientia 12. q. 2. Et quia etiam ut ibidem tradimus, subiectum adaequatum scientiae parte materiali consistit, & formaliter scilicet consideratur, & modo considerandis, quibus in esse scibili componitur unum subiectum, quod totius scientiae, de utraque parte subiecti logica erit hic etiam differendum.

Hac premissa doctrina quantum ad praesens sufficit (nam de hoc fusc infra loc. cit.) de natura subiecti adaequati scientiae, modo descendimus ad questionem propositam de subiecto adaequato logicæ. Et quidem mirum est, quanta sit Auditorum varietas in huius facultatis obiecto assignando, nam viginti, & amplius sententiae recitantur de hac re, nos celeberrimos referemus, quae ad duas classes revocari possunt. Una eorum, qui ponunt, logicam esse scientiam realem, quae proinde obiectum reale ei assignant. Altera eorum, qui eam faciunt obiectum rationale, quae proinde aliquid ens rationis obiectum eius statuunt.

23 Auditorum prime classis Prima Opinio est eorum, qui statuunt obiectum logicæ res omnes, sive omnia entia, non tamen quantum ens sunt in seipsis, & à parte rei, sic enim de eis agit Metaph. sed quantum sunt ab intellectu cognoscibilia. Secunda asserit non res sed voces, ut rerum significativas esse logica obiectum, quo opinio communiter tribuit loqui Nominalibus, & est Aureoli in prol. art. 5. Tertia asserit modum loqui instrumentum scientiae reale esse subiectum in logica, variè tamen auctoritates instrumentum sciendi accipiuntur, quidam enim sumperunt illud in toto rigore pro sola demonstratione, quae est instrumentum scientie productivum propriè finis dicitur, alii multi veteres, alii sumperunt latius pro syllogismo, vel argumentatione, & quidem pro prima intentione, quo sensu tantum sunt instrumenta realia. Alii demum latissime acceptum instrumentum sciendi reale, prout scilicet complectitur definitionem, divisionem, & argumentationem pro conceptibus obiectivis, seu pro prima intentione, ita Conimb. q. 2. Proem. qui tamen protestantur se loqui de logica secundum se considerata, non prout ab Arist. tradita, ita enim solam argumentationem assignant pro subiecto adaequato. Quarta sententia, quae communis est inter Neotericos non instrumenta directiva, sed potius operationes intellectus, ad quas hoc ordinant, asserit esse subiectum, unde ita arguitur pro subiecto, vel tres operationes intellectus quantum dirigitur vel ut specialiter loquatur Aver. q. 5. cognitionem intellectum comprehendentem tres adus nostri intellectus, quantum dirigibilem, ita ut illud in materia, hoc vero formale: ita Aver. cit. Amic. in log. tract. 1. qu. 5. dub. 4. Blanc. disp. 1. qu. 9. Di-

9. Didacus à Jesu qu. 3. proem. Arriag. disp. 2. log. num. 34. Ovid. contr. 2. log. punct. 1. Ruvinus q. 6. secuti Suarez 1. tom. Met. disp. 1. sec. 4.

Non sunt pauciores opiniones inter Auditores secundae classis, eorum enim, qui entia rationis pro obiecto assignant, Quidam purrant ens rationis in sua communitate sumptum debere totum obiectum. Alii hanc opinionem coarctantes non omne ens rationis ponunt obiectum logicæ, sed tantum genus quoddam ens rationis, quod appellant ens rationis logicum, & secundam intentionem, & quod appellatur ens rationis logicum, & secundam intentionem, & quod illud ens rationis, species subiectum, praedicatum, definitio, minus logicales genus, species subiectum, praedicatum, definitio, enunciatio, & alios similes, ita Thomisti omnes, Cajet. c. de genere p. 2. Scot. q. 3. Proem. q. 12. Clip. Complut. disp. 1. q. 3. Joan. de S. Thom. 1. log. c. 3. Niger. q. 12. Clip. Complut. disp. 1. q. 3. Joan. de S. Thom. p. 2. log. q. 1. art. 3. Galleg. Petronius, & alii, qui pro hac sententia citant veteres omnes Thomistas. Alii tandem à hinc magis restrictivantes, nec inter logicam secundum se, & ut ab Arist. traditam distinguunt, subiectum logicæ statuerunt illud ens rationis, quod per argumentationem importatur, vel certe syllogismum, quam sententiam de syllogismo docuit Scotus ex professo q. 3. univers. & sequuntur Scotista passim in eam locum Mauri. Anglic. Braul. Sarnan. Faber Theor. 6. Rocus q. proem. 5. Fuentes qu. 3. disp. 3. art. 6. tamquam Doct. ibi locutus fuerit de subiecto logicæ quocumque modo sumptae, Faber tam. loc. cit. inquit ibi Doctorem assignare subiectum logicæ Aristotelicæ.

Resolutio de obiecto logica Aristotelis.

24 Dicendum est in logica, prout est ab Arist. tradita, non aliquid reale esse obiectum, sed ens rationis non quidem in tota sua communitate, neque limitatum ad ens rationis logicum, sive secundam intentionem, sed quantum ad argumentationem, seu syllogismum coarctatum. Conclufio est Scoti q. 3. univers. & etiam 1. Prior. q. 2. ubi aliquid statuit subiectum in logica, ut ab Arist. tradita, & in tota amplitudine sua consideratur, est communis inter Scotistas nemine discrepante uno excepto Ponceio, qui disp. 2. log. qu. 5. parum curans Scoti auctoritatem, & omnium Scotistarum, assignat logicæ, etiam prout est ab Arist. tradita, obiectum reale, & syllogismum pro prima intentione captum, & probatur quod omnes partes.

Primo quod in logica Arist. non sit aliquod reale subiectum, fundetur tum quia quocumque traduntur in logica Arist. vultur entia rationis, & secundae intentionis logicae, ut genus, species, univocum, analogum, praedicatum, propositio, aequipovalens antecedens, inductio, syllogismus, figura, subiectum, praedicatum, & cetera, tum quia hac ratione dixit Boetius, logicam esse de secundis intentionibus applicatis primis, quia Arist. totam logicam suam tradidit sub terminis secundarum intentionum, tum de quo quia hac ratione dicta sunt scientia rationalis, & scilicet à numero scientiarum realium, ut notat Scot. q. 3. Prolog. lit. l. & fuit perpetua, & constantis sententia omnium Peripateticorum, quae etiam ratione Grammatica, & Rhetorica distinguntur contra scientias reales, quae traduntur sub terminis secundarum intentionum, ut sunt nomen, verbum, participium &c. ergo ens rationis, non autem ens reale subiectum erit logicæ Arist. quae per ens rationis distinguitur à caeteris scientiis.

Resp. Aver. q. 2. sec. 3. negando assumptum, quia potius logica Arist. in omnibus suis libris, & tractatibus agit de entibus realibus, in lib. Perih. Priorum, & sequentibus per se agit de actibus nostri intellectus de enunciatione, de figura &c. nec per se quaruntur secundae intentiones, quae ex illis actibus resultant: in lib. praedicam. per se considerantur, & certis locis disponuntur naturae reales exclusivis entibus rationis. In lib. etiam praedicam. quomodo tractetur de genere, & differentia, & relictis, quae videtur entia rationis, tamen traduntur de illis, quantum importante entia realia, & universaliter ita procedit tota Arist. logica, ex quo quae docet veritatem de entibus realibus non rationis, docet enim genus praedicari de speciebus, speciem de individuis non valere utique praedicare dicendo species est genus, in individuo est species, sed homo est animal, Petrus est homo; docet praedicatum affirmari de subiecto, at non valet dicere subiectum est praedicatum, sed bene Petrus est albus, est homo.

Sed haec solutio facile refellitur, saltem enim est, quod in lib. Perih. & Prior. agit per se de actibus nostri intellectus, enunciatione, & de figura, & agitur de regulis, & praecipis, quibus operationes illae dirigi debent, & istae regulae traduntur per terminos secundarum intentionum, quod praedicatum affirmatur de subiecto, quod in prima intentione, magis extremum praedicatur de medio termino, medium terminus de minori extremo, & in conclusione majus extremum de minori, saltem est in praedicamentis naturae reales per se considerari, nam de substantia, quantitate, qualitate, & aliis praedicamentis agit logicus secundum quod in eis attenditur subiectionibus, & praedicabilitas, ut verò sunt partes entis realis, pertinent ad Metaph. & sic etiam dicendum de naturis communibus, quas important genus, & species, ceteraeque praedicabilia, quae per se ad logicum non spectant, sed secundae intentionis universalitatis, quas fundant; Nec est necesse ea, quae docet, in secundis intentionibus verificari de eisdem praedicatione exercita, ita est enim logica realis regula, quod aguntur in secundis, exercetur in primis, non vero in eisdem secundis, & ideo tota haec responsio falsa est.

25 Secundo quod ens rationis in tota sua communitate non sit subiectum logicæ Aristotelicæ, nulla indiget probatione, tum quia, & Grammatica, Poetica, & Rhetorica sua habent entia rationis, si quia

Compl. ipsi testantur certissimum esse ens rationis universaliter sumptum non esse obiectum logicæ, nec aliquem Thomistam oppositum asserere, nam logica non considerat relationem rationis dexteri, & sinistri in columna, nec relationes rationis quibus Deus ad creaturas refertur. Sed quae necque subiecti sit ens rationis logicum, seu secundam intentionem, quae est veritas manifestativa, qualis est illa secundam intentionem logicae, probatur, tum quia in quolibet scientia distinguenda est subiectum communitatis à subiecto attributionis, quocumque coincidit cum illo, secundam autem intentionem in logica est subiectum communitatis, quia praedicatur essentialiter de subiecto, praedicatio, copula, genere, propositio, &c. ergo non est subiectum attributionis. Tum quia iuxta hanc sententiam non contradistinguerentur in logica principia, passiones, & subiectum, ut docuit Arist. 1. Posteriorum 26. quia haec omnia considerarentur ut species, cum intrinsecè imbibant conceptum entis rationis logici, & secundae intentionis. Tum quia etiam Arist. in sua logica, consideraret omnes secundas intentiones veritatis offensivas (quod tamen non fecit) non proinde dicendum foret considerari omnes per se, & directè, veluti species obiecti totalis, sed indirectè, & reductivè, & sic de facto consideravit terminos, & propositiones, ut principia subiecti, aliaque verò secundas intentiones veluti affectiones ejus.

Hinc deducitur non convenire secundae intentioni conditiones obiecti scientiae, supra recensitas, & à Complut. ceterisque Thomistis receptas, nam una illarum est, etiam iuxta eorum doctrinam, quod continetur omnia, quae tractantur in scientia, ita ut ad ipsam omnino revocentur, vel tanquam principia, vel partes, vel species, vel proprietates eius altera est, quod sit, de quo postrema cura est in tali scientia, & de quo (si aliqua fuerint) tractantur praecipuae prima conditio secundae intentionis non convenit, quia omnia considerata in logica reducuntur ad ipsam, ut species, non ut principia subiecti, neque ut proprietates, neque secundae, quia tota Arist. cura fuit agere de syllogismo, ut ipse testatur c. ult. 2. Elench. cuiusque regulas, & praecipua distè tradidit, de secundis autem intentionibus, nec peculiariter tractatum conficit, nec passionibus aliquas de ipsis demonstravit, quod tamen necessarium erat, si secundam intentionem lumen erat pro subiecto. Accedit, quod de definitione, & divisione ex professo non agit, ergo secundam intentionem veritatis offensivam non est in Arist. logica adaequatum subiectum, cum non omnes tales intentiones in ea considerentur.

Resp. Complut. quod quamvis Arist. ex professo non egerit de definitione, aut divisione, hoc tamen non est, quia non continentur sub obiecto logicae, sed vel quia de definitione iam egerat Socrates, de divisione, Plato, ac nullus, vel per Arist. de arte syllogistica, & sic eam suscipit Arist. ex professo explicandam. Vel forte quia ut inquit Laertius lib. 5. in vita Arist. de definitione, & divisione nonnulla ediderat volumina, quae tamen iniuria temporis perierunt, imò cum Arist. referret Laertio de logica scripserit 150. libros, forte de aliis intentionibus logicis ex professo distè. Sed hac solutio ostenditur falsum tractatus de definitione, & divisione ex natura rei ad logica obiectum spectare in tota sua amplitudine, quod gratis concedimus, at hinc logica ab Arist. tradita est forma; & parum refert, quod volumina alia ediderit de definitione, & divisione, quae perierunt, quia quæstio est de logica Arist. quae nunc extat, cuiusque in praesenti quærimus obiectum.

26 Tertio tandem quod in logica Arist. subiectum adaequatum sit syllogismus, seu argumentatio, probatur manet tum ex refutatione aliarum opinioinum; tum ex dictis articulo praecedenti, ubi demonstratum est, finem logicæ Arist. esse tradere instrumentum directivum tertiae operationis, quod est argumentatio, vel syllogismus, finis autem internus coincidit cum obiecto, tum tandem patet ex progressu ipsius Arist. constat enim, syllogismum in eius logica omnibus potiri conditionibus ad obiectum scientiae desiderari, gaudent prima; nam in ea supponitur esse, & post translationem de principis remotis, & propius in lib. Praedicam. & Perih. statim in lib. Prior. praemitit definitionem eius, gaudet secunda, quoniam in eisdem lib. Prior. multa passiones de illo demonstrantur per praedictam definitionem, ut esse in modo, & in figura, consistere ex tribus terminis, concludere universaliter, particulariter, affirmativè, & negativè, gaudet denique tertia, quandoquidem omnia, quae in scientia tractantur, vel sunt principia syllogismi, & sic habentur lib. praedicam. & Perih. vel sunt proprietates eius, & sic habentur libri Priorum, vel species, & sic habentur lib. Post. Topic. & Elench. ita distè dicitur Doct. 1. Prior. q. 2.

In oppositum obicitur Primo cum Neotericis quod a liquid reale, & non rationis, poni debeat obiectum in logica. Tum quia quilibet scientia realiter causatur ab obiecto suo partialiter, & ab eodem in perfectione mensuratur, dicit enim relationem ad illud ut ad mensuram ex Arist. c. de relat. sed nullum ens rationis potest causare scientiam, quae est realis qualitas, nec eius perfectionem mensurare, cum sit imperfectus illa, ergo &c. Tum 2. quia obiectum scientiae debet esse scibile, & per se intelligibile, id autè entis rationis convenire non potest, cum intelligibilis sit prima passio notitiam realis. Tum 3. quia subiectum debet continere virtualiter notitiam suam passivam, quae scilicet ipsam formatur consequenter quod Scot. q. 3. Prolog. ait, ens rationis non potest causare notitiam suam passivam, cum talis notitia sit qualitas realis. Tum 4. quia si logica agere de ente rationis, sed esse, quia tractat de genere, specie, subiecto, praedicato, & aliis similibus intentionibus, sed haec etiam dicitur entia realia, quia in hac propositione, homo est animal, adus intellectus correspondens illi termino homo, non representat naturam hu-



vel esse possit ens rationis, adhuc est operatio nostri intellectus, quae possit, & debet dirigi ab aliqua scientia, quae utique foret logica, cum sit ad hoc minus ad inventa. Tum quia per accidens est, quod logica tradit regulas, & praecpta per terminos secundarum intentionum, cum etiam id fieri poterit per terminos primarum, ergo ex natura rei potest instrumentum scientiae reale, & pro prima intentione per adnotatum subiecto, sed de hoc agemus infra art. 5. ubi ostendemus logicam secundum se esse scientiam realem, ac proinde per se obiectum reale.

Nec demum subiectum logicae in se esse postum operationes mentis nostrae, quatenus dirigibiles, ut autumant Neoterici, quibus subscribitur Poncius disp. 1. q. 4. concl. 3. aut cognitio intellectiva, quatenus dirigibiles, ut loquitur Averl. quia cum subiectum praesupponatur notum in scientia quoad quid est, & quod est, debet Artifex in sua scientia explorata habere undequaque naturam sui obiecti adequati, & explicatam tam quoad rem consideratam, quam quoad modum considerandi, sed res considerata secundum hanc opinionem est cognitio intellectiva, cuius essentia, & quiditas non explicatur in logica, nec in logica supponitur explicata in priori scientia, & quae ipsam antecedit, huiusmodi enim explicata ad scientiam de anima spectat, ut docet Ant. ind. inferi. Periter, ergo quoad rem consideratam errat haec opinio. Sed errat etiam quoad modum considerandi, quia sequetur, logicam aliquo modo subalternari scientiae de anima, quia addit supra operationes, quae considerantur animae, conditionem, seu differentiam accidentalem, scilicet dirigibilitatem, & accedit, quod ratio formalis obiecti debet esse inde monstrabilis de subiecto, quia est medium in demonstratione, quae de ipso demonstratur propria passio, sed dirigibilitas non potest esse medium, cum potius sit passio de subiecto ipso demonstrabilis. Tandem obiectum instrumentariae facultatis, qualis est logica, non est opus, ad quod instrumentum ordinatur, sed instrumentum ipsum, & in ipsa logica aut non agit de dirigibilitate cognitionis, aut certe si operationes intellectus considerantur, quatenus dirigibiles, aut certe si operationes instrumentorum scientiarum nimirum cognitarum dirigibilitate, & in ignorantia apta considerantur instrumenta pro directione, ut supra dictum est. Remanet igitur obiectum logicae in se esse instrumentum scientiarum, ut comprehendit definitionem, divisionem, argumentationem, & si quae alia sunt instrumenta recte cognoscendi, quatenus enim Doctor cit. enumerando species instrumenti scientiarum, illa tantum tria recenset, non ideo excludere intellexit alia minoris momenti instrumenta, sed ita locutus est, quia illa tria sunt generalia, & principalia quaedam instrum. entia, quae cetera minoris momenti reduci possunt, ut dicemus s. p. seq.

34. Verum adhuc dubium remanet de ratione formalis, secundum quam logica in se considerat instrumentum scientiarum, quatenus nostram amplexata sunt sententiam, dicunt logicam illud considerare, quatenus dirigibilem, ut in directione fit obiectum formale, instrumentum scientiarum materiale, & ita coniungendo partem materiam cum formali, subiectum adequatum fit instrumentum scientiarum, quatenus dirigibilem, qui dicitur in his eandem sententiam patitur, quam ille, qui in Philosophia naturali statuit pro obiecto corporis mobile, quatenus mobile, quia non est confundenda ratio formalis subiecti cum passione eiusdem, cum haec debeat per illam de subiecto demonstrari, dirigibilitas vero, ut diximus, est propria passio instrumenti scientiarum, ideo non bene coniungitur cum eo, velut ratio formalis assignanda est ergo ratio formalis obiectiva logica in se, sicut in aliis scientiis, ut supra diximus, unde sicut in Philosophia naturali ponitur subiectum corpus naturale, quatenus naturale, in Met. ens ut ens in logica quoque erit instrumentum scientiarum, quatenus tale, hoc est quatenus habet virtutem faciendi seire, vique dirigendi, ita enim specificatur ratio formalis, secundum quam consideratur, & per quam de ipso dirigibilitas, velut propria, & adequata passio potest demonstrari.

Sed ad verius positam conclusionem obicitur primo probando res omnes, vel voces autem entis rationis esse subiectum in logica; Tum quia 1. Elench. c. 2. & 1. Rhetic. c. 1. & docet, logicam non verari circa rem aliquam determinatam, sed circa omnes res, & c. Met. tex. 5. ait Dialecticam laborare circa omnes ens, sicut Met. ergo res ipse sunt subiectum. Tum deinde arguit Aureol. pro vocibus, omnes libri logicae inchoantur a vocibus, liber praedicam. ab aequivois, & univois, lib. 2. de Interp. a nomine, verbo, & oratione, lib. resolutorii ad definitionem syllogismi per orationem, ergo logica est de vocibus, quatenus expressivis conceptum. Tum demum ad probandum ens rationis aliquod esse subiectum probari potest rationibus aliis praecedenti art. quibus ostensum est log. non pati obiectum reale, sed obiectum rationis esse poeere.

35. Resp. Arist. 1. Elench. & Rhetic. voluisse solum Dialecticam quantum ad usum verari circa omnes res, & ad nullum certum genus contrahi, quia in omnibus scientiis syllogismi exercentur, & in hunc sensum etiam explicari potest a. Met. 5. laborat enim Dialecticus circa omne ens, quia omnibus rebus applicatur instrumenta logica, id est, ut dicitur scientia communis, ita innuit Scot. qu. 3. univ. Ad 2. Arist. consilio inchoavit a vocibus, quia voces sunt instrumenta manifesta conceptuum, hoc autem non est agere per se de vocibus, sed per accidens, & in ordine ad aliud. Accedit, quod hic est fermo de logica secundum se considerata, non autem ut ab Arist. tradita. Ad 3. resp. per idem, quod rationes alatae art. praeced. procedunt de logica Arist. quae cum tradita fit per terminos secundarum intentionum, utique ex modo procedendi Arist. tificis, sibi vendicat aliquod ens rationis non tamen ex

natura rei, quia sine fecundis intentionibus adhuc posset logica instrui. At rursus instat Aureol. cit. pro vocibus, quod est primo subiectum veri, & falsi est subiectum in logica, quia verum, & falsum sunt passionem generales a logico consideratas. Sed oratio, ut expressiva conceptus est subiectum veri, & falsi, ergo, &c. Resp. argumentum in primis etiam contra Aureol. militare, quia probat vocem tantum complexam esse subiectum in logica, nam haec sola potest esse subiectum veri, vel falsi, & tamen Aureol. tenet vocem in communi complexam, & incomplexam esse subiectum; Deinde maior est falsa, quia verum, & falsum non sunt passiones adaequatae logicae, quae praecipue veratur etiam circa bonitatem, & malitiam, minor etiam est manca, quia non conveniunt primis orationi vocali, sed mentali ex 1. p. Infirm. 34.

Secundo obicitur praesertim Averl. probans operationes intellectus, quatenus tales spectant ad physicam, sic quatenus dirigibiles spectant ad logicam, sed sic in logica considerantur, non videntur quomodo reduci possint ad instrumenta directiva, non enim operationes sunt propter instrumenta, sed instrumenta propter operationes, quatenus dirigibiles erunt obiectum. Tum 2. quia in aliis facultatibus organicis experitur non instrumentaria esse obiectum, sed operationes, ad quas instrumenta ordinantur, sic in arte scribendi non calamus, sed scriptura, ad quam ordinatur, est obiectum, in arte pingendi non penicillus, sed pictura; ad quam ordinatur, in medicina non pharmaca, sed sanitas, vel homo sanabilis, ergo pariter in logica. Tum 3. Ethica, quae tradit regulas, & praecpta directiva operationum voluntatis, non habet, pro obiecto tales regulas, & praecpta, sed operationes voluntatis, ad quas illa ordinantur, ergo pariter in logica. Tum tandem, quia logica docet & enunciat, dividere, & ratiocinari, sed haec sunt operationes intellectus; in modo afferere definitionem, divisionem, & argumentationem esse subiectum, est ponere ipsasmet operationes intellectus, nam definitio, divisio, & argumentatio non sunt, nisi ipsimet actus intellectus apprehendendi, iudicandi, & discurrendi.

36. Resp. concessio etiam operationes intellectus, quatenus dirigibiles logica considerat, negando casus, sic, ad instrumenta, per quae diriguntur, reduci non posse, tanquam ad obiectum in logica primo consideratum, quoniam vis instrumenti sit propter operationes in esse physico, tamen in esse sibi rebus contra se habet, quod operationes considerantur propter instrumenta modo iam explicata, sic in lib. Post. demonstratio est propter scientiam in esse physico, & scientia est finis demonstrationis, nec propterea scientia ibi ponitur obiectum, nec demonstratio ad eam reducitur, velut ad primo consideratum in eis libris, sed potius est contra res se habet, quod scientia reducitur ad demonstrationem, quia ibi consideratur natura scientiae, ut recte consideratur instrumentum generativum eius, quod est demonstratio, unde Arist. c. 2. ex hoc, quod seire est rem per causam cognoscere &c. concludit, quod demonstratio debet esse ex primis, veris, &c. signum evidens, quod scientiam considerat in gratiam demonstrationis, sic in lib. Physic. corpus naturale est propter moveri, quia habet principium motus, & quietis, nec tamen corpus naturale ponitur ad motum reduci, tanquam ad obiectum in primo consideratum, & sic in multis aliis.

Ad 2. facultates organicae, aliae sunt simpliciter organicae, quae nimirum acta circa instrumenta versantur, ut non attingunt opus, ad quod illa ordinantur, sed facultates illae, quibus famulantur, ut si habet fronselliva respectu equestris, ferraria respectu lignariae, lignaria respectu nauticae, & sic de multis aliis; aliae sunt, quae ita de instrumentis agunt, ut etiam attingunt opus, ad quod ordinantur, quae proinde ministrata simpliciter appellari non possunt, quia aliis non famulantur, nec simpliciter instrumentariae; quia etiam de instrumentis agant, non tamen ut aliis ea subministrant, sed ut eisdem ipsamet utantur ad illud idem opus perfectiendum, ita se habent scriptoria pictoria, medicina, &c. quoniam vis igitur in facultatibus organicis fecundis generis non instrumentaria, sed adiones, ad quas ordinantur, sunt obiectum, tamen in facultatibus primi generis instrumentaria solum sunt obiectum, non adiones, quae tali facultate non attinguntur, unde negatur paritas in argumento a proposita, scriptoria in pictoria, medicina, &c. funt artes fecundi generis, logica vero primi, ut ostensum est.

Ad 3. negari posset operationes voluntatis, quatenus dirigibiles esse obiectum in Ethica, cum potius sit homo, quatenus beabilis, ut innuit Scot. q. 3. Prolog. ad 3. q. Concesso tamen hoc, negari debet paritas assumpta de Ethica, & logica, quia Ethica non solum tradit regulas, & praecpta operationum voluntatis, verum etiam applicativae attingit operationes ipsas directas, logica vero non ita se gerit circa operationes intellectus, ut dictum est.

Ad 4. logica docet definire, dividere, & ratiocinari idealiter tamen, quatenus tradit instrumenta directiva apprehensionis, iudicij, & discurrendi, quae sunt definitio, divisio, & argumentatio, ex quo sequitur potius logicam verari circa instrumenta, velut obiectum, quam circa operationes. Cum vero dicitur, isthaec non esse, nisi certum obiectum intellectus apprehendendi, iudicandi, &c. respondemus definitionem, divisionem, & argumentationem dupliciter sumi posse, vel formaliter quatenus sunt actus, quibus apprehendimus, iudicamus, & discurremus; vel obiectivae, quatenus sunt instrumenta quaedam directiva adum intellectus, secundum quod minus terminare possunt actum intellectus, & tanquam obiecta scientiam constitutivae, si primo modo considerentur, utique coincidunt cum opera-

operationibus intellectus, sed non secundo modo, in quo tantum hic de illis loquimur.

Tertio ad idem urget Ovvid. contr. 2. log. punct. 1. nu. 18. probans logicam primario, & per se non agere de conceptibus obiectivis, sed tantum secundario, quatenus hi sunt obiectum formalium; logica immediatius agit circa conceptus formales, quam circa obiectivos, ergo, &c. Probatur assumptum, conceptus obiectivi resultant ex formalibus, & eatenus potest illis aliqua regula praefici, quatenus formalibus praeficitur enim in seipsis non sunt, sed tantum in formalibus, quibus resultant, sic in seipsis dirigi non possunt, sed tantum in formalibus, ergo immediatius agit logica de conceptibus formalibus, quam de obiectivis. Constat etenus potest agere de conceptibus obiectivis, ut substante formalibus, & de illis praecpta tradere, quatenus ab ipsa sunt, sed conceptus obiectivi ut directi tantum sunt logica, quatenus ab ipsa sunt formales, ergo tantum agere potest de conceptibus obiectivis, ut substante formalibus, quatenus agit de formalibus; maior patet, frustra enim traderetur praecpta conceptus obiectivi, ut directi, sicut ut formalibus substante, per se non sunt, sed tantum resultant ex formalibus, sicut denominatio visus resultat ex visione, & eatenus tantum possunt bene, vel male fieri, quatenus bene, vel male sunt formales, ergo tota directio eo debet tendere, ut recte fiat formales, quibus recte factis obiectivos esse directos necesse est. Demum brevisiium vii argumenti declarat, id docere logica, quod facio, sed ergo tantum facio conceptus formales, ergo tantum logica docet conceptus formales, Tum quia logica docetur definire, dividere, & enunciat, & discurre, quae omnia constituent in operationibus nostri intellectus.

Resp. in hac argumentatione magnam esse confusionem, & vocabulorum abusu, nisi enim per conceptus obiectivos intelligit definitionem, divisionem, & discurrendum obiectivis sumpta, in sepe vocat haec instrumenta directiva, & regulata per conceptus formales, nam potius res est contra se habet, quod haec sunt instrumenta directiva, & regulativa conceptum formalium, ut constat ex infra dicendis disp. 1. q. 1. conceptus enim obiectivus est, qui dirigit actum post ea subiectum, sicut enim quilibet artifex ut opus suum recte efficiat, prius illud mente praecipit, qualiter sit efficiendum cogitando regulas, & praecpta tale opus efficiendum intellectus ut recte definit, & discurre, & discurre, confidat regulas, & praecpta definitionis, & discurre, & virtutes huius notitiae, & conceptus obiectivi recte deinde elicit, & efficit aduale definitionem, & discurrendum; non ergo conceptus formalis dirigit, & regulat obiectivum, sed est contra. Rursus falsum est, conceptum obiectivum resultare ex conceptu formalis, quia non actus praecedit obiectum, sed obiectum proteritur motivum, & menurativum actus praecedat actum ipsum; hoc animadvertere placuit ut pateat, propositiones in argumento assumptas non esse absolute veras, ut proferuntur, tamen ne per solam negationem propositionum videantur velle argumentum dissolvere; addimus per conceptum obiectivum duo intelligi posse nimirum, & entitatem ipsam obiectivae, & denominationem ipsam cognitae, & obiecti, quatenus ad obiectum intellectum; secundum primam considerationem planum est conceptum obiectivum procedere formale, quia hoc pacto significat obiectum conceptibile, sed in alio sensu utique conceptus obiectivus resultat ex formalis, quia significat obiectum ad conceptum, seu ut ad subiectum conceptu formalis. Cum ergo in argumento, cuiusque confirmationibus ait Ovvid. conceptum obiectivum resultare ex formalis, ac per ipsum regulari & dirigere id intelligit de conceptu obiectivo in primo sensu, est omnino falsum, sic enim potius conceptus formalis fit ex obiectivo, & per ipsum mensuratur, ac dirigitur; si vero intelligit de conceptu obiectivo in alio sensu, utique verum dicit, ac non in hoc sensu dicitur instrumentum scientiarum obiectivae sumpta esse subiectum in logica; & per hanc doctrinam patet ad argumentum cum suis confirmationibus, & dignosci potest abusus multorum vocabulorum, quem ibi habet hic Autor.

Deinde solutio ipsa, quam innit Ovvid. innuit ad hoc argumentum, sufficere possit, nam dici posset, eo argumento probari actus praedictos logicae tantum tendere circa conceptus formales, dari tamen in eadem logica alios actus speculativos, qui versantur immediate circa conceptus obiectivos, haec itaque solutio sufficiens est, quia, consonat doctrinae supra traditae de logica docente, & utente nam logica utens est, quae adhibet suis praedictis efficit immediate rectas operationes intellectus; docens vero non elicit illas operationes, sed sicut in sola contemplatione regularum, quibus ille dirigi valeant. Verum hanc solutionem relict Ovvid. quia nullus actus speculativus reperitur in logica, & quando hi darentur in ipsa, immediate formales conceptus intuebantur, quod fit probat, logica non speculatur res secundum se sumptas, sed formaliter quatenus directas, ergo id, quod formaliter speculatur, est eorum directio, sed directio ipsarum nihil aliud est, quam formales conceptus, a quibus obiecta extrinsecè directas dicuntur, ergo id, quod formaliter logica immediate contempletur, tantum est directio conceptuum obiectivorum, quae non distinguuntur à conceptibus formalibus. Sed haec ipsa impugnatum rursus confundit terminos, & nihil concludit; falsum namque assumit dupliciter, quod scilicet non versentur in logica actus speculativi, & quod illi non immediate versentur circa conceptus obiectivos instrumentorum scientiarum; unde ad antecedens dicendum est utique logicam non speculari res secundum se sumptas, non tamen speculatur eas, quatenus directas

has, proprie loquendo, sed quatenus dirigibiles, sic id, quod immediate contempletur, sunt instrumenta scientiarum, quatenus directiva, & quando etiam concederetur id, quod immediate contempletur, esse directionem ipsam, falsum est, directio immediate cadit super ipsos actus formales, & haec exerceret attendendo ad regulas bene definiendi, dividendi, & discurrendi, quae docentur in logica, unde omnes ferè propositiones in argumento assumptae sunt falsae.

37. Quarto obicitur P. Fuentes cit. ar. 6. argumentatio sola, seu syllogismus est vere modus, & instrumentum scientiarum, quia habet vim illativam, non autem definitivam, & divisivam, ergo solus syllogismus est subiectum in logica secundum se: Probatur assumptum, & nam definitio, & divisio, etiam supponuntur ad scientiam, non tamen modum scientiarum tribuunt, nisi quatenus vii syllogistica diriguntur, patet in hac definitione, Homo est animal rationale, quae necessitate est, nec potest modum scientiarum tribuere, nisi in syllogismo constitutur hoc modo, Omnis homo est animal rationale, Petrus est homo, ergo est animal rationale, ergo definitio non est proprie instrumentum scientiarum. Resp. nos hic non accipere instrumentum scientiarum in tanto rigore, sed iuxta communem loquenti modum. Summus illarum, qui illud definit, quod sit oratio manifestativa alicuius ignoti, quomodo docuit id fiat, five per vim illativam, five alio modo, & nomine modi scientiarum intelligimus viam, quamdam in finem ad cognoscendum id, quod ante cognoscendum confusum, quod sensu definitio, & divisio sunt instrumenta scientiarum, ut magis patebit disp. seq.

ARTICULUS IV.

De essentia Logicae, An sit Scientia.

38. Ex genere notitiae intellectuales, loquens praecipue de habitibus naturali, tradidit Arist. 6. Ethic. c. 3. Intellectum, quae est notitia primorum principiorum, quibus intellectus adhaerent ex sola terminativa apprehensione abiectionis; Scientiam, quae est notitia certa, & evidens de obiecto necessario habita per discurrendum syllogisticum, si proprie sumatur, ut de a loquitur Arist. 1. Post. cap. 2. Sapientiam, quae est notitia rerum praestantissimarum, & maxime universalium, unde Meta physica dicitur proprie sapientia 1. Met. cap. 1. Prudentiam, quae est notitia directiva actionum humanarum, ut bene sunt in genere moris, & laudabiliter. Artem, quae est habitus cum ratione activus, vel factivus; & Opinionem, quae non est notitia certa, & evidens, ac de obiecto necessario, sed probabilis, & obsecura, ac de re contingenti. Ut ergo quid sit, & de natura logicae attingamus, videndum est sub quo horum habituum intellectuales, ut continuatur. Quod enim quae plures afferunt, ut Zab. lib. 1. de nat. Log. Balduinus 67. Nigro q. 1. Cyp. Zim. in Tab. verb. abijur. ad Log. ad nullum ex his generibus pertinet, sed esse peculiare quoddam genus notitiae, quoniam vocat habitum, seu facultatem instrumentalem, & modum scientiarum, hoc ipso refertur, quod manca facit, & insufficientem divisionem ab Arist. cit. datam de habitibus intellectualibus ut fuisse prosequitur Faber theor. 1. c. 3.

Neque ad rem est, quod nuper excogitavit Averl. q. 1. Log. lect. 5. ut aliquid novi videretur afferre, quod nimirum Logica in aliqua sui parte est essentialiter intellectus, quia continet quae sunt principia ex terminis nota, & per se statim evidens, eaque tradit in ordine ad directionem nostrae cognitionis, & in magna parte est essentialiter opinionem, ea, quae fulius, & acriter pertractantur in Logica, sunt illa, quae in disputationem veniunt, quae auctoritatibus ac rationibus probabilibus transiguntur, & variis opinionibus in partes contrarias resolvuntur, nec habetur certitudo, & evidens veritas, sicut ad scientiam requiritur, unde in his omnibus logica est opinio, non scientia, concludit tandem esse verè, & proprie scientiam quantum ad illas veritates, & conclusiones universales, quas certo, & evidenter probat. Sanè inutilis profusus est hic labor Averl., & minime necessarius, quia ita quoque res se habet in ceteris scientiis, quae libet enim sua principia habere per se nota, & in quatuor plura probabiliter disputantur ab Auctoribus pro utraque parte; fit quia quado proponitur quaevis de aliqua facultate, an sit scientia, sermo instituitur non de notitia principiorum primorum in ea facultate, sed de notitia conclusionum, & querimus, quomodo procedat ad probandas illas, & ex tali processu arguimus, an sit scientia, vel opinio, tandem quia conditiones scientiarum, quae ab Arist. insinuantur 1. Post. text. 5. & 6. Ethic. c. 3. ad tres reducuntur, quod habet subiectum, quod illud subiectum habeat passiones, & quod haec demonstratione de illo per causam, ergo eo ipso quod aliqua facultas habeat haec omnia, licet alia quaedam quaesita minoris momenti in ea facultate cadant sub disputantium opinione, absolute tamen facultas illa dici debet scientia, quia ratione etiam Averl. loc. cit. concludit Logicam absolute dici debere scientiam, & ita est loquendum in ceteris scientiis; etiam si multas continent conclusiones probabiles, ut bene notat Ariag. disp. 3. Log. lect. 2. & Ovvid. contr. 2. punct. 3.

39. Extant itaque in haec quatuor placida duo extrema, & duo media: Prima sententia extrema est eorum, qui absolute negant, Logicam tantum docentem, quam utentem esse scientiam, pro qua referuntur Simplicius, Amonius, Philoponus, & alii veteres, quos sequitur Villalp. qu. 5. proem. Secunda extrema afferit utramque esse scientiam, ita Murcia qu. 3. proem. Didacus a Jesu qu. 5. Caverio disp. 2. dub. 4. & alii moderni. Tertia media utentem Logicam ait esse

se scientiam, non quidem distinctam ad alios scientias, sed esse varias ipsas scientias, docentem vero quae proprie est Logica ab aliis scientiis distincta, non esse scientiam, ita Zab. loc. cit. ubi testatur hanc esse communem Graecorum sententiam. Quarta tandem media, quae est Latinarum communis, est contra asserit utentem Logica non esse scientiam, sed potius artem, bene tamen docentem, ita Scot. q. 1. univ. quem sequuntur Scotistae omnes Maur. Angli. Sarnan. Brafol. ibi. Faber. theor. 1. Fuentes q. 5. diff. un. art. 3. Roccus q. 1. proem. & Tat. tenet etiam D. Th. 4. Met. lect. 4. cum suis Scot. Sarnan. Complut. Sed inter istos adhuc quaestio est, an Logica docens quod omnes partes sit scientia, multi namque Topicam excludunt, eo quia procedit ex communibus; unde haec ratione nolunt eam appellare docentem, sed utentem, & in hunc sensum Scotistae quamplures Scotum interpretantur. qu. 1. univ. quando ait Logica utentem non esse scientiam, quia procedit ex communibus, ita Sarnan. & Fab. cit.

40. Dicendum est, logicam docentem quoad omnes suas partes esse scientiam, non artem; utentem vero artem, non scientiam: Ita Scot. qu. 1. univ. & q. 3. Elench. ubi Maur. & Angli. Probatur autem primo, quod sit scientia, quod omnes partes, quia Logica demonstrative procedit ad suas conclusiones probandas, non solum in parte analytica, sed etiam in topica, & sophistica, nam ut Maur. ait, in probabilitate de syllogismo dialectico, & apparentia de sophistico, & necessitate illationis de syllogismo simpliciter sumpto demonstratur per propria principia sicut procedere ex necessariis de syllogismo demonstrativo, ergo quoad omnes partes est verae scientia. Probatur assumptum ex Scot. q. 3. Elench. ita enim bene ostenditur apparentia de syllogismo sophistico, tanquam ejus patet per unitatem vocis in fallacia equivocationis, tanquam per proprium medium, sicut risibile de homine per animal rationale, ita etiam per proprium medium probabilitatem demonstrat de syllogismo Topico, quia omnis syllogismus constans ex probabilibus praemis nat est inferre conclusionem probabilem, sicut constans ex necessariis nat est inferre conclusionem necessariam, cum ergo doctrina, quam Logica tradit de syllogismo probabilium, & apparentium in Top. & Elench. non sit probabilis, & vitiosa, sed certa, & evidens, ac illa, quam tradit in parte analytica de demonstrativo, consequens est, ut Logica docens quod omnes partes sit scientia proprie dicta, quia simili etiam modo probatur, quod univ. docentem de pluribus, quia est in multis, quod definitio est manifestativa quidditatis rei, quia constat ex genere, & differentia, & sic de aliis.

Relp. Zab. cit. c. 3. quod licet doctrina Logica dicit possit scientia capiendo scientiam pro cognitione certa, & evidenti acpositiva ex vi syllogismi necessarii, & evidenti, tamen nequit proprie dici scientiam, quia non est de obiecto necessario, & externo, ut ad scientiam exiit 1. Post. c. 2. quia veritatem circa secundas intentiones, quae sunt mere contingentes, & tandiu sunt, quandiu ab intellectu sunt.

41. Faber cit. c. 3. ut ostendat, quomodo etiam entia rationis sint suo modo necessaria, distinguit tres gradus necessitatis, in primo ponit substantiam in 2. accidentia in 3. secundas intentiones logicae, quas intantum vult esse necessariae, in quantum fundamentum habent in rebus, & non perperam finguntur ab intellectu nostro, in quo distinguntur a figuris, quod ibi longo sermone declarat. Sed evasio Zab. nam valet, & Faber laborem asserunt voluntarium, quia ut docet Doctor 1. d. 3. q. 4. non exigitur in obiecto scientiae necessitas incomplexa, nec de tali loquitur Arist. alioqui nec Philosophia, immo nec ulla cognitio de rebus creatis possit habere rationem scientiam, cum omnes sint corruptibiles, & solum de Deo scientia foret, sed iustitiae necessitas complexa, id est necessitas connexionis alicuius praedicti cum eo, & talis necessitas locum quoque habet in entibus rationis, & secundis intentionibus, nam de ipsis etiam formari possunt propositiones aeternae veritatis coniungendo cum eis praedicta, quae ipsi necessario competunt, & talibus propositionibus tota logica est plena, ut quod Genus praedicatur de pluribus specie differentibus, de quocumque dicitur subiectum, dicitur quoque praedicatum. Cui accedit, quod instantia Zab. procedit etiam solum in log. Arist. quod est de secundis intentionibus, non autem in logica absolute sumpta, & ex natura rei, quo sensu agit de instrumentis scientiae realibus.

Relp. alii non fuisse ad scientiam, quod sit cognitio certa, & evidens, & de obiecto necessario habita per demonstrationem, sed adhuc esse debet ob solam veritatem, in qua fit, ut in logica ordinatur ad opus, nimirum ad efficiendas certas operationes intellectus. Sed haec etiam evasio nulla est, quia haec non est cognitio scientiae absolute sumpta, ut patet 1. Posterior. cap. 2. sed tantum scientiae speculative, & haec ipsa ordinatio ad alium non impedit, quin aliqua cognitio sit scientia, alioqui nulla practica foret scientia.

42. Secundo probatur, logicam docentem non posse dici artem; quia ut colligitur ex Arist. 6. Ethic. c. 4. ratio artis repugnat scientiae, nam ars circa singularia versatur, versatur enim circa generationem rerum, & generatio est singularium, scientia vero est universalium, ars agit de contingentibus, scientia de rebus necessariis, ergo cum logica docens sit scientia, non potest dici ars; Tum quia logica docens est habitus speculative, ars omnis autem est habitus practicus, & operativus sicut prout practica distinguitur a Theoria, unde D. Thom. 1. Metaph. lect. 1. dividit artem contra rationem speculative, & illamque ponit in parte practica intellectus. Tum tandem quia finis intrinsecus artis est opus, unde definitur, quod sit habitus cum refectione factivus, operatio vero dire-

cta non est finis intrinsecus logicae docentis, sed tantum extrinsecus, ut patet ex 2. art. non enim ipsa efficit syllogismos, sed efficiere docet, & in tali contemplatione sedit.

Tertio quod ex opposito logica utens non sit scientia, sed ars, probatur, quia logica utens proprie loquendo est habitus, quo instructi facile conficimus definitiones, divisiones, & syllogismos iuxta praedicta docentis logicae, cum ergo circa singularia versetur, & res a nobis operabiles non erit scientia, sed ars, quia ars est habitus cum refectione factivus, cum vero non efficiat opera externa, sed interna, non erit ars mechanica, quae in operibus externis consumatur, sed liberalis in bonum animi ordinata, & ita eam appellavit Suarez in Met. disp. 44. in fine.

Relp. aliquid ad rationem artis requiri; quod producat opus externum, ita enim docuit videtur Arist. 6. Ethic. c. 4. atque ideo logicam utentem non posse dici artem: Sed Contra, quia ut bene nota Blanch. disp. 2. proem. lect. 5. ex eo quod opus sit externum, vel internum, non tollitur ab eo ratio operis artificiosi, ergo neque ab habitu tolleretur ratio artis ex hoc quod illud, vel illud efficiat, probatur assumptum, quia propria ratio operis artificiosi, in eo sita est, ut sit conformis regulis artis, potest autem tali conformitas in opere reperiri, live sit externum, live internum. Accedit, quod si ad rationem artis necessaria foret effectio externi operis, artes liberales amitterent rationem artis, cum interius praesertim consumantur, ut pote quae ordinatae sunt in bonum animi non corporis. Arist. autem cit. ideo praeratem habitui factivo, id est cui opus externum correspondet, tribuit rationem artis, quia sicut in opere externo, ut pote sensibilibus magis apparet receptio directionis factae, per regulas artis, quam in interno, ita in habitu factivo etiam magis apparet ratio artis, non ob id tamen absolute neganda est ratio artis habitui factivo, & immanenti, qualis est logica utentem, Arist. 6. Met. c. 1. dividit artem in artem alicuius, & affectionem, ut notat idem Blanch. lib. 1. instit. Dialect. sect. 4.

43. Quaerens, an logica factiva utens passiva sumpta nimirum pro logica ipsa docente ceteris scientiis applicata, ut sic, possit dici scientia? Negat P. Faber c. 1. concl. 2. quia talis usus, & applicatio non habet vim tribuendi logicae rationem scientiae, sed potius supponit habitum logicam in tali genere constitutum, ergo sibi tali specificatione recipere nequit denominationem scientiae. Sed potius cum Tatar. qu. 1. proem. §. primo secundum, dicendum est esse scientiam, quia in hoc sensu non est habitus distinctus a logica docente, & sibi haec specificatione adhuc dicit potest scientia; immo haec ratioe passim logica dicitur scientia communis, ut docet q. 2. univ. non ergo haec communitas usus, & applicationis eius quibuscunque scientiis tollit, quin adhuc sub tali communitate dicatur scientia, & ut sibi talis usus possit dici scientia, non est necessesse, quod ab eodem usu rationem scientiae accipit, ut Faber velle videtur, sed sufficit ut ratio scientiae, & usus non pugnent in eodem habitu, & ita est in proposito.

Salutarum obijctionum.

In oppositum obijcies 1. aut Arist. quod Logica docens non sit scientia, nam 1. Ethic. cap. 4. ait tollere naturam logicam, qui eam non ut facultatem, sed ut scientiam tradunt, & 1. Topic. cap. 9. enumerans tria problemata genera, docet, quod alia per se respiciunt electionem, & fugam, ut sunt problemata activa, alia per se tendunt ad veritatem, & scientiam, & sunt problemata passiva, ut demum aut utriusque parti auxiliari, & sunt problemata Logica. Et 2. Met. 15. ait absurdum esse quaerere finem scientiam, & modum sciendi, ubi per modum sciendi intelligit logicam secundum omnes oppositiones, ergo cum distinguit Arist. scientiam a modo sciendi, logica non erit scientia. Et 4. Met. 5. & in principio Rhet. ait logicam non tractare de aliqua re determinata, cum tamen scientia versari debeat circa obiectum certum, & ei proprium. Et demum 6. Met. cap. 1. enumerans scientias speculativas logicam non meminit, sed tantum recenset Mathematicam, naturalem, & divinam.

44. Relp. ad primum, non negare ibi esse scientiam absolute, sed qualem eam aliqui ponebant, ut scilicet, non esset disciplina organica, & alius scientiam praemittenda, reprehendit enim eos, qui in Dialectica de materia omnium scientiarum promiscue disputabant, & monet eam debere praemitti aliis scientiis. Ad 2. inde colligitur non esse scientiam, sed esse scientiam organicam, non autem propter gratia sui, ut in aliis scientiis merè speculative. Ad 3. idem Doct. q. 1. univ. Logicam dicit modum sciendi, non formaliter, & in sciendi, tanquam de proprio obiecto, pro scientiam vero alias intelligit scientias, quae sunt de rebus, & non de modis sciendi, & quia prius debet cognosci modus sciendi, quam res, ideo ait Arist. absurdum esse utrumque simul quaerere. Ad 4. logica quantum ad doctrinam est de certa re, & determinato obiecto, quod est instrumentum sciendi in tota logica absolute sumpta syllogismus in Logica Arist. sed quantum ad usum versatur circa omnia indeterminate, quia omnibus scientiis applicatur, unde dicitur scientia communis. Ad 5. iam supra tractatum logicam esse partem Philosophiae, a tunc ideo reducitur ad secundum membrum, praerterquam quod locus ab auctoritate negativa nihil probat.

Secundo arguitur ad diem rationibus scientia est necessaria, & perpetua, ut docet 1. Post. Arist. 2. & 7. sed logicam docens est de contingentibus, nam est de secundis intentionibus, quae sunt ad libitum

libitum nostrum. Nec valet solutio superius allata in conclusione probanda, scilicet in secundis intentionibus inveniri etiam suo modo necessitatem complexam, id est necessariam connexionem quorundam praedicatorum cum ipsis, & haec a scientia non sufficere; & argumentum a summum concludere de logica Arist. quae utique est de secundis intentionibus, non de logica, in se quae est scientia realis. Neutra solutio valet, non prima, quia extrema propo- sitione logica sunt corruptibilia, ergo etiam connexio, quae super illa fundatur, & neque secunda, quia etiam logica in se tractat de instrumentis sciendi, quae sunt res a nobis operabiles ac proinde contingentes.

45. Relp. optimam esse solutionem allatam, ad impugnationem, dicimus Scot. 1. d. 3. q. 4. duplicem esse necessitatem, & immutabilitatem connexionis, unam simpliciter, quae copiet extremis definitionibus non obnoxio, alteram secundum quid, quae cadit inter extrema, quae licet in se sint corruptibilia, habitu tamen inter ea nunquam mutari potest in falsam, & haec necessitas reperitur in propositionibus Logicalibus, & sufficit ad scientiam, alioqui argumentum urgetur etiam in propositionibus Physicalibus, & Mathematicis, quarum extrema sunt corruptibilia. Nec etiam argumentum conclusit de logica in se, quia licet instrumenta illa quoad existentiam sint res contingentes, & a nobis operabiles, necessaria tamen sunt quoad possibilitatem, & in hoc sensu constituantur obiectum logicum in se.

Tertio probatur, quod falsum in omni sua parte non sit scientia, ut docent, nam in lib. Top. instituit modum, quo procedi possit ad conclusiones in singulari scientia probabiliter ostendendas, unde Topica dicitur procedere ex communibus, ideo Doctor. c. 1. univ. negat esse scientiam, in lib. Elench. instituit modum, quo possimus decipere, & sophistam efformare, unde vocatur ars deceptorum. Rursus non omnes ahae procedentes ab habitu logicæ docentis sunt scientifici, immo potius generant falsitatem, nam si hic conficiatur syllogismus in Barbara, omnis canis est asinus, omnis homo est canis, ergo omnis homo est asinus, fatetur logicam esse dicitur bene confectum in Barbara, & tamen generat falsitatem. Demum logica non acquiritur per demonstrationem, quia tunc ante logicam danda esset alia logica, per quam illa demonstratio effecta not, & sic daretur processus in infinitum, ergo &c.

46. Relp. ex Scot. q. 3. Elench. quod licet logica instituat modum, quo procedi possit ad conclusiones probabiliter, & etiam philosophice ostendendas, hoc totum tamen demonstrative facit ex propriis principiis ostendendo probabilitatem de syllogismo Topico, apparentiam de Elench. Topica vero dicitur procedere ex communibus, quia quando applicatur ad alias scientias, utitur suis locis communibus definitione, a coniugatis, a contrariis, &c. quo sensu utique non est scientia. Ad 2. potest in eo, & similibus syllogismis considerari consequens, & consequentia, & licet non deatur in eis actus scientiae consequentis, quod materiam concernit; datur tamen vera scientia consequentiae, quae respicit formam, & cum ab habitu logica dependet quoad formam, & secundum formam fit optimè dispositi in modo, & figura, sequitur scientificum esse habitum logicæ, & ad actus scientificos inclinare. Ad 3. logica acquiritur per aliquam nam demonstrationem directam, & regulatam a logica naturali, vel artificiali imperfecta. Quarto arguitur, quod logica docens sit etiam ars cum Joann. de S. Th. 2. log. qu. 1. art. 2. & Averl. cit. quia ars est rectoria operum facientium talis autem est logica docens in ordine ad operationes intellectus. Tum 4. quia duo requiruntur ad artem, ex parte materis quod sit capax regulationis, ex parte formae, quae habeat ut regula dirigens, quod fiat directio per certas, & determinatas regulas, utrique adest in proposito, nam operationes intellectus, sicut sunt capaces erroris, ita & rationis, & logica habet certas, & determinatas regulas, ergo nil deficit, ut ars liberalis dicatur. Tum 5. quia ratio artis non repugnat cum scientia, nam licet ex parte applicationis hie, & nunc sciendae ars sit de singularibus, & contingentibus, tamen ex parte regularum est de necessariis, & universalibus illa enim sunt certae, & determinatae in universalibus. Tum 6. quia, ut ait Averl. praeter notitiam universalem logicam datur particularis, & determinata ad hoc opus efficiendum hic, & nunc, ergo saltem talis notitia directiva, quae spectat ad logicam docentem, erit proprie ars. Tum denique quia fallum est omnem artem esse habitum practicum, id enim verum est, quando est usus ipsi praxis, non autem quando est pura speculatio, ut est in proposito.

47. Relp. negando assumptum, quo illa fit completa ratio artis, nam 6. Ethic. c. 4. definitur, quod sit habitus cum rectora ratione conjunctus ad efficiendum idoneus, ex quo colligitur artem integrari ex habitu cognitivo in intellectu, & operativo in potentia exequente, sive sit ab intellectu distincta, sive non, & ratio est ipsi finis intrinsecus artis, non est sola cognitio modi, quo operari debemus, sed etiam ipsum opus, in quo logica docens sedit in sola contemplatione regularum, non autem efficit rectas operationes intellectus, sed haec est logica utens, quae ideo dicitur potest ars. Ad 2. praer illa duo requiruntur, ut habitus, qui dicitur artem, & exercit in- troducatur formam in materiam capacem directionis, quod non facit logica docens, quae tantum docet, non autem efficit. Ad 3. negatur assumptum, ad probationem dicendum artem praesertim non posse ad applicationem ad opus hic, & nunc exercendum, cum sit habitus suapte natura effectivus, cuius proinde finis extrinsecus est opus, & ideo 6. Ethic. cap. 3. ait Arist. artem versari circa generationem rerum. Ad 4. nec etiam illa notitia particularis dicit potest proprie ars eade

ratione, quia scilicet physicè non attigit opus, quod est de ratione artis, sed tantum ideale, & directive. Ad 5. ars omnis dicitur habitus practicus, quatenus est operativus, & effectivus, non autem in simplici contemplatione consistens, etiam modo operatio quam attingit, non sit praxis. Haec tamen ratione negat Complut. q. 6. esse proprie artem, quia non operatur ea intentione, ut operetur, sed ut cognoscat, & D. Thom. vocat artem speculative 2. 2. q. 47. art. 2.

Quinto tandem obijciatur ad probandum, quod logica utens sit scientia, quia secundum communem est idem habitus cum docente, cum autem ex natura rei, & non ex consideratione nostra habitui conveniat esse scientificum, vel non esse, plane si docens est scientia, erit etiam utens, alioquin de eodem contradictoria ex natura rei verificarentur. Relp. hoc argumentum fatis molle, esse potentibus logicam docentem, & utentem eundem habitum realiter importare, unde valde laborent Compl. pro eius solutione disput. 1. proem. q. 6. Fuentes vero mirabilia efficit indigna plane, quae referantur; Didacus qu. 5. proem. ut consequenter loquitur, concedit logicam utentem esse scientiam; nobis tamen argumentum nihil facillit negotii, quia concedimus importare diversos realiter habitus, immò haec erat una ratio, qua id probavimus art. 1.

ARTICULUS V.

De qualitate Logicae, An sit scientia realis, & speculativa.

48. Circa qualitatem istius scientiae duplex occurrit difficultas. Prima est, an sit scientia realis, vel rationalis, non est difficultas de logica intrinsecè considerata, & formaliter; in hoc enim sensu, cum sit vera qualitas de prima specie, nulli dubium est esse scientiam realem, sed difficultas est de logica extrinsecè, & ob- jective considerata. Recentiores quosdam plures, & praesertim, qui art. 3. assignant logicæ obiectum operationes intellectus, defendunt logicam esse scientiam realem. Qui vero stantebant obiectum ens rationis, aut secundam intentionem, vel aliquid consimile, assensu consequenter esse scientiam rationalem, & ita supponere videntur Thomistae, & Scotistae omnes, excepto Ponceio disp. 2. q. 5.

Dicendum nobis est consequenter ad ibi dicta, quod logica ex natura rei est scientia realis, sed prout est ab Arist. contexta est scientia rationalis. Probatur autem conclusio evidētissimis rationibus; Certum est, scientiam pendere in suo esse, & conservari ab obiecto, nam scientia est alicuius scibilis scientia, unde impossibili existente aliquo obiecto, impossibilis enoque est scientia illius obiecti, sed si impossibile foret ens rationis, & quae libet secunda intentio, adhuc ex natura rei est scientia realis; probatur minor, si nullum daretur ens rationis, adhuc intellectus noster posset operari, quia neque intellectus, nec eius operatio pendet ab ente rationis, sed e contra, & eius operatio posset adhuc dirigi, & regulari per aliqua praedicta, scientia vero tradens huiusmodi praedicta esset logica, quae in hunc finem est adinventata, ut dirigat intellectum, ne erret in operando.

Relp. contrarij, quod cum regulæ dirigentes ad intellectus tradantur in actu signato, ut patet, cum dicitur genus praedicti de specie, speciem de individuo, & hoc modo assignari nequeunt, nisi per terminos secundarum intentionum, nec dico nisi ille possibilis forent nec illae regulae posset ab aliqua scientia tradi, & sic amotis secundis intentionibus removeretur logica, in qua traduntur huiusmodi regulae. Sed contra, quia huiusmodi regulæ possent tradi etiam in actu signato per terminos primae intentionis, ergo &c. probatur assumptum, ubi enim munc dicitur genus praedicti de specie, & per hanc regulam, dirigitur intellectus ad bene apprehendendam speciem quidditatem, & de illa rectè iudicandum, & enunciandum, possumus per terminos primae intentionis eandem assignare regulam dicendo quod natura communis semper includitur inferioribus, quae regula non minus infervit ad bene apprehendendam inferioris naturas, & de illo rectè iudicandum, quam illa per terminos secundae intentionis tradita, ut patet consideranti; & idem iudicium de aliis regulis, quas nunc in terminis secundae intentionis habemus in logica, est faciendum. Accedit, quod sicut Ethica instituta ad dirigendas opera- tiones voluntatis tradit suas regulas per terminos primae intentionis, posset similiter logica alias regulas, vel eadem tradere per terminos eodend dirigentes operationes intellectus; Nec unquam contrarij sufficienter ostendunt, unde tantam habeat logica necessitate secundarum intentionum ad dirigendas operationes intellectus sola utilitas ostendi potest, ut postea dicemus.

49. Deinde adhuc efficacius arguitur, instrumenta sciendi, de quibus agit logica, & praesertim demonstratio, quae est omnium praestantissimum, sumpta pro prima intentione, vel habent vim faciendi scire, & dirigendi vel eam non habent, sed accipiunt a secunda intentione, superveniente; non secundum, quia ens rationis talem vim enti reali conferre non potest, & cum demonstratio sit vera, & realis causa scientiae, dici nequit, quod producat effectum realem per ens rationis, tanquam per rationem causandam; tum etiam quia secundae intentiones logicae habent fundamentum in primis, atque ita vim faciendi scire, praesupponunt in primis, ergo primum concedendum est, sed si instrumenta logicalia vim habent dirigendi, & faciendi scire antecedenter ad secundas intentiones, consequens est ut etiam antecedenter ad eas possint constituere scientiam logicalem.

Relp. P. Jo. de S. Th. 2. log. qu. 1. art. 3. quod effectiva, & physica causa.